UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Ex posteriori epistola Petri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

ANNO CHRISTI 431.

δὲ τοῦτο διὰ τῆς ἰδίας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ὁ Χριστὸς, πῶς οὐκ ἂν εἴη θεός;

Περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν, φησὶ, καὶ ἐξηρεύνησαν προφῆται, οἱ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος προφητεύσαντες· ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ.] ἰδοὺ δὴ πάλιν ἐν τούτοις Χριστοῦ τὸ ἅγιον εἴρηται πνεῦμα, καίτοι * θεοῦ ὄν. θεὸς οὖν ἄρα Χριστὸς, ὡς ἴδιον ἔχων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

* θεῖον

Ἐκ τῆς Πέτρου ἐπιστολῆς β΄.

ΕΓΕΝΟΝΤΟ δὲ καὶ ψευδοπροφῆται, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι. ἠγοράσμεθα γὰρ τιμῆς, οὐ φθαρτοῖς ἀργυρείῳ ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.] ἐσμὲν οὖν ἄρα τοῦ πριαμένου, καίτοι θεῷ δουλεύοντες ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. εἶτα πῶς οὐ θεὸς ὁ Χριστὸς, ὃν καὶ δεσπότην ἐπιγραψάμεθα, ζῶντά τε οἴδαμεν καὶ ἀληθινόν;

Ἐκ τῆς Ἰωάννου ἐπιστολῆς πρώτης.

ΚΑΙ οἴδαμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν μόνον καὶ ἀληθινὸν θεόν. καί ἐσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος.] Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐ γυμνὸς καὶ καθ' ἑαυτὸν καὶ ἔξω σαρκὸς, ὁ ἐκ τοῦ θεοῦ πατρὸς νοεῖται λόγος· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τότε καὶ ὠνόμασται Χριστὸς Ἰησοῦς. ὅτε τοίνυν αὐτός ἐστιν ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος, τίς τῶν ἕτερα φρονούντων ἀνέξεται;

Ieſus Chriſtus per ſuam ex mortuis reſurrectionem; qui fieri queat, vt Deus non ſit?

De qua (inquit) *ſalute exquiſierunt & ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt; ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti.* En hic rurſum Spiritus ſanctus qui Dei eſt, dicitur Chriſti eſſe. Deus igitur eſt, vt qui proprium habeat Spiritum ſanctum. 1. Petr. c. 1. v. 10.

Ex poſteriori epiſtola Petri.

F*VERVNT autem & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant. Haud enim aliquo corruptibili precio, auro vel argento redempti ſumus, ſed precioſo Chriſti ſanguine.* Quare ſumus eius qui redemit nos, & quidem Deo viuo & vero ſeruientes. Cum Chriſto igitur Domini titulum aſſignemus, ipſumque viuum & verum Dominum eſſe non ignoremus, cur Deum eſſe inficias ibimus? 2. Petr. c. 2. v. 1. 1. Petr. c. 1. v. 19.

Ex epiſtola prima Ioannis.

E*T ſcimus, quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Dei Patris Verbum, prout ſecundum ſe nude, & extra carnem conſideratur, non appellatur Ieſus Chriſtus: Chriſti autem Ieſu nomen tunc demum ſortitum eſt, cum homo factum eſt. Cum ipſe igitur verus ſit Deus, & vita æterna, quis ſecus ſentientes ferre queat? 1. Ioan. c. 5. v. 20.